





Kern 86  
(1-54; a-g)



Kem 86 b

CATALOGVS  
LECTIONVM HYEMALIVM  
PRO-RECTORE  
IVSTO HENNINGIO  
BÖHMERO ICTO  
POTENTISSIMO PORVSSORVM REGI  
A CONSILII INTIMIS FRIDERICIANÆ DIRECTORE  
ORDINIS IVRISCONSULTORVM PRÆSIDE VICARIO  
PROFESSORE IVRIVM ORDINARIO  
PUBLICATVS  
IN  
ACADEMIA FRIDERICIANA

---

ANNO AER. CHRIST. M DCC XXXII,  
EXEVNTE SEPTEMBRI

---

HALÆ MAGDEBVRGICÆ  
Typis IO. CHRISTIANI HILLIGERI Acad. Typogr.

Kem 86 (f)





## LECTIONES THEOLOGICAE.

D. JO. HENR. MICHAELIS, publice hora IX. ante meridiem *Isaie vaticinia* ex fonte Hebræo explicabit. *Privatim* vitam *Petri Hellingii* hora XI. recenset, eamque novis animaduersionibus locupletabit; deinde *historiam Ecclesie Aethiopicæ*, duce B. Iob. Ludolphi recitabit. Hora II. a meridie die Lunæ & Mercurii cum membris Seminarii Theol. *exercitationes Biblicas* insinuet; diebus autem Jovis & Saturni *disputationes* in Aug. Confess. & Lib. Symbolicos habebit.

D. JOACHIMVS Lange, publice perget in *Lectionibus Theoticis* ad ductum libri sui dogmatici de œconomia salutis, tradita per examen aliquod singulis hebdomadibus repetiturus. Privatim interpretabitur posteriorem *Epistolam ad Thessalonicenses*; nec non eam ad *Titum*, regulis hermeneuticis cum ipsa praxi conjunctis.

GOTTHILF AVGVSTVS FRANCKIVS, prælectiones *exegeticas* in Psalterium & *pastorales* continuabit. *Paraneticis* horis Ideam Studiosi Theologiae porro illustrabit. Perget etiam in *homiceticis* exercitiis & aëtica tractatione epistolæ ad Romanos.

CHRISTIAN. BENEDICT. MICHAELIS, publice Collegium historiae ecclesiasticæ V. Testamenti, *privatim* vero prælectiones hermeneuticas ad finem perducet.

JO. LIBORIVS ZIMMERMANN, publice Theologiam moralem siue practicam docebit, hoc consilio, vt subjectum ejus homo naturalis pariter ac regeneritus constituatur, quo vitæ interioris ac spiritualis genuina ratio tuo ordine & incrementis eo clarior penoscatur, hora V. *Privatim* Theologiam dogmaticam brevi tempore finiendam, rursus auspicabitur, duce B. EYDEO hora IX. Diebus præterea Saturni exercitium insinuet disputandi, auditoribusque, vt lectiones theticas prioribus semper diebus pertractatas, hoc modo repetere, suasque acere ingenii virtutes in hisdem possint, copiam faciet, hora IX.

## I V R I D I C A E.

JOAN. PETR. de LVDEWIG, publice hora IX. explicabit MONZAMBANVM seu PVENDORFIVM de Statu publico imperii Germanii: hora X. *Institutiones Lusitanicæ*, aditis Latii veteris & forensis Germaniæ differentiis: hora XI. IVS FEVDALIS, STRYKIO duce; sed comite *justitia & veritate*.

JVSTVS HENNINGIVS BOEHMER, Ict. publicis lectionibus ob magistratum Academicum susceptum vacare nequit; privatis tamen curis partem alteram *Digestorum* hora X. & II. pomeridiana, nec non *Corvini iuris Canonici apborismos* hora IX. explicabit.

SIMON PETR. GASSER, Ict. hac hyeme publicis prælectionibus hora III. *pom. Positiones* suas de *Processu communitatis* civili quam criminali, hæctenus ineditas communicabit, ut posthabita praxi mere formularia inter omnes consuet., quot parafangis hæc distet a genuinis regulis & vera doctrina processus: *laborationes* quoque in auditorio lectas pro more judicabit, *privatim* hora IX. *Jus Feudale* secundum STRYKIUM explicabit, ut & hora X. & II. *pom. Doctrinam Pandectarum* B. DN. LVDOVICI, junctis cautelis theoretico-practicis. *Initium Lectionum publicarum* erit d. 13. Oct. vulgo in der *Zahl-Woche*, *privatarum* vero d. 20. Octobr. finitis nundinis Lipsiensibus.

D. JOH. LAVR. FLEISCHER, in publicis lectionibus explicabit Capitulationem novissimam Caroli VI. Imp. Privatim vero & quidem hora IX. HEINECCIUS Elementa juris civilis; hor. IX. *Institutiones* suas juris naturæ & Genit. hor. XI. STRYKII prudentiam iuris publici; hor. III. *pom.* *Institutiones* suas juris feudalis; & tandem hor. X. ac II. *pom.* collegium Pandectarum continuabit. *Initium* omnium harum prælectionum facturus post finitas nundinas Lipsiensis.

JACOBVS GABRIEL Wolf, publicis prælectionibus hora III. STRYKII *examen juris feudalis* interpretabitur; *privatim* hora VIII. *jurisprudentiam suam naturalem*, regulas iusti, honesti, decori ac prudentiæ distincte explicantem atque applicantem; (quæ apud J. C. Krebsium proficit;) hora X. junctâ II. pomeridiana LVDOVICI *doctrinam pandectarum*; hora denique XI. *IVSTINIANI Institutiones*; finitis nundinis Lipsiensibus, V. D. *initium* facturus.

D. CAR. GOTTLIEB KNORR, publice ad Constitutionem Criminalem commentabitur. *Privatim* hor. XI. *Institutiones IVSTINIANI*, hor. X. & II. B. LVDOVICI *Pandectas* & hor. IX. *Jus Naturæ & Genium* et PVENDORFII *libris de offic. hom. & civ.* docebit. Denique Collegium practicum elaboratorium. GRÜNERO duce, aperiet hor. III. additurus doctrinam de *relationibus ætatorum*. Accedet hor. VIII. Collegium *Pandectarum* examinatorium. *Initium fiet die 20. Octobr.*

JO. GERARDVS SCHLITTE, publice in BRYNNEMANNI *Anleitung zu vorrichtiger Anstellung des Inquisition-Processes* commentabitur. *Privatim* B. LVDOVICI *Doctrinam Pandectarum*, STRYKII *Jurisprud. forensis*, nec non B. STRYKII *Introductionem ad Praxin forensis*, ea, qua par est, fide ac industria, exponet, de horis, hæc Collegiis destinandis, e valoris publicis Dn. Auditoribus admoniturus. *Initium* harum prælectionum B. C. D. fiet d. 20. Octobr.

JOANNES SAMVEL FRIDERICVS BOEHMER, D. per instans semestre publice hora III. explicabit *Titulum VI. Lib. IV. Institut.* de *actionibus*, dignum peculiari commentatione. *Privatim* vero hora VIII. *Elementa sua jurisprudentiæ criminalis*, quæ in Officina Fritschiana proficiunt, hora IX. præcepta *Juris Naturæ* duce PVENDORFIO de *officio hominis ac civis*, hora X. junctâ *Ida compendium Digestorum Domini Parentis*, hora XI. *Institutiones* ad ductum *Elementorum a Cl. HEINECCIO* editorum, interpretabitur. Et prælectiones ad *Digesta* quidem *scito semel*, certo absolvet: hisque junget ad preces quorundam collegium *Examinatorium ad Digesta*, cum numero selecto, cui qui interesse cupiunt, vt nomina sua intra privatos parietes, re adhuc integra dent, enixe rogantur. *Initium* capient lectiones *finitis nundinis Lipsiensibus* h. e. d. XX. Octobr.

MARTI.



MARTINVS SCHMEIZEL, *Juris Publ. & Histor. P. P. O.* funt ac lectiones publicas, quibus hactenus inter laudabilem Dnm Commilitonum frequentiam occupatus fuit abfol-  
verit, eodem loco alia vera hora, auditorum animos imbuet folida *Notitia S. R. m. Imperii, ip-  
sum quoque Jus Publ. complectente*, & quidem ad ductum *Tabula* typis publicis excubenda;  
*Privatim* SECKENDORFFI librum, quem Göttingen-Staat incipit, explicabit, notas etiam & ob-  
servaciones addet. *Introductionem in Notitiam Statuum Europa* ista illustrabit, ut discursum  
summam calamo excipere queant illi, quibus volupe est sacra ista cognoscere. Initium & hor-  
tae peculiari designabuntur scheda.

## M E D I C A E.

FRID. HOFFMANNVS, *Academiae & ordinis medici Senior*, publice diebus & horis  
confectus de methodo & legibus artis in medendo, secundum praescriptum in *med. in rational.  
systemat. tom. III. cap. 2.* lectiones continuabit, atque amplissimi usus ibi contentas medendi  
regulas solidis ratiociniis, neque minus observationibus practicis, illustrabit. *Privatim*, colle-  
gio in materiae medicam ad finem perducto, experimentum physico-chymicum & pharmacen-  
ticum b. c. D. iisdem diebus & horis prosequendum, auspiciatorus est. *Privatissime* Iohannibus  
ingenius offert collegium, in quo veritates tam in theoria quam praxi medica seim necessarias &  
utiles exponabit, easque frequentiori dilucidatione & exauiue mentibus auditorum penitus in-  
filiandas sollicite curabit.

MICHAEL ALBERTI, *Publicis* Lectionibus universum Cursum Medicum tractabit,  
& quolibet semestri integram partem Medicinae b. c. D. absolvet: exordietur autem *Physiolo-  
giam* Medicam succincta explicatione tradere. *Privatim* ab VIII. ad IX. inchoabit *Semioticam*  
*Doctrinam*, a IX. ad X. *Physiologiam* a X. ad XI. *Pathologiam* & a II. ad III. *Materiam Medicam*,  
quae singula Collegia vol. DEO per semestre spatium ad finem perducere laborabit: in publicis Le-  
ctionibus conjungit brevem examinatoriam occupationem, in qua publicas & privatas manu-  
ditiones conjungit.

J. JUNCKER, publice therapiam generalem, privatim specialem, privatissime specia-  
lissimam, nempe examinando practicam, horis confectis tractabit.

IO. HENR. SCHVLZE, de suis, quas philiatorum commodis destinavit, prelectio-  
nibus, singulari programme exponet.

## P H I L O S O P H I C A E.

IOAN. PETR. de LVDWIG, Absoluto systemate HISTORIAE S. R. I. der Reichs-Geschichte;  
illustrate Iaminiis patrii iuris omnis aevi: illud ipsum hora III. itecum auspiciabit.

D. IO. HENR. MICHAELIS. in lectionibus suis exegeticis philo-logiae usum abunde  
commostrarit. *Privatim* in *Rabbinicis Litteris* cupidos Auditores inlucet.

D. IO. FRIDEMANN SCHNEIDER, Prim. Rational & Moral. Profess. Ordinarius,  
*Publice* fundamenta Philosoph. Moral. hora 7. 8. absolvet; in posterum Iurisprudentiam natu-  
ralem *vsu* proprio quidem duce, veritate tamen comite libros de officio, hominis & civis tra-  
det atque explicabit hora pomeridiana 3. 4. *Privatim* universum *Philosophiae cursum*, quem  
vocant, a D. wachen editum, omnes istius partes complectentem, hora antemeridiana 8. 9.  
profitebitur; & quibus plauerit hora pomeridiana 4. 5. Initium erit die 16. Octobr. Neque il-  
lis deerit unquam, qui Metaphysicas lectiones, aut collegium disputatorium sunt expetitur.

CHRISTIAN. BENEDICTVS MICHAELIS, *publice* hora III. libros historicos, ex  
Codice sacro Hebraeo interpretabitur; *privatim* vero hora IX. Epistolas sanctorum Apostolo-  
rum ex Græce fontibus, horaque XI. chaldaizantes libros, Danielem ac Esaiam, una cum Ne-  
hemiam, & V. sic dictis parvis Voluminibus, Cantico, Rutha, Threnis, Ecclesiaste & Esther,  
praemissis chaldaice linguae fundamentis, praeeget; & hora II. maunditionem ad legendam  
Syriacam N. T. Versionem dabit.

MICHAEL ALBERTI, *Publico officio Universam Physicam* doctrinam explicabit, ut  
vol. D. porro specialissimas Physices partes latiori deductione commendare queat

IOANNES IOACHIMVS Lange, Matth. P. P. O. hor. 3. publice Opticas atque A-  
stronomicas disciplinas docebit. *Privatim* hor. 11. Arithmetican, Geometriam atque Trigo-  
nometriam, & hor. 4. Mechanicam, Architecturam civilem atque militare praeeget. Alge-  
bram quoque hor. 5. enodabit. Collegium Physicum dogmatico-experimentale hor. 1. habebit.

MARTINVS SCHMEIZEL, *publicas*, quae futuro nos semestri detinebant, operas,  
jam inintium. *Privatim* aequalibus *Geographiam, Historiam Universalem, Ecclesiasticam & Ger-  
maniam*, more suo praeeget. Sunt etiam ingenta quaedam elegantiora, qui me ductore in *Pru-  
dentia Academica, de Aulicis & vita recte instituenda* edoceri, ut & de *Civili Conversandi modo*  
praecipua sibi dargessunt, horum ut desideria haud frustrentur, doctrinarum suarum in vira  
praxi necessitas postulat. *Historiam recentissimam* ad ductum relationum novellarum, ut &  
*Heraldicam*, duabus horis hebdomatim illustrabo, horas vero & auspicia laborum, loco con-  
fucto determinabo.

IO. HENR. SCHVLZE, de lectionibus ad eloquentiam & antiquitatum doctrinam  
pertinentibus publico programme differet.

## E X T R A O R D I N A R I A E.

D. IO. FRIDEMANN SCHNEIDER, Prof. Iur. Extraord. *Publice* ad finem perduxit  
*successionem ab intestato*, hora itaque alia dabit operam, ut *successionem testamentariam* pro-  
ponere possit. *Privatim Institutiones in legitimam connexionem* redactas, cum *reulis iuris* illu-  
stratas exponere sataget hora XI. ad XII. In lectionibus aliis vel ius Pandectarum hora X. ad XI. & II.  
ad III. vel ius *militare publicum* ex Hugone GRATIO, aut *privatim* ex Institutionibus D. ADRIANI  
BRIERI quas ille consignavit, declaraturus est.



IOHANN. EHRENF. ZSCHACKWIZ, Profess. Publ. Hora VIII. matut. ex STRYVIC *Historiam Imperialem*. Hora IX. ex desiderio nonnullorum, eam ex GYNDLINGII *Compendio*, prout nuper prodit, tradet. Hora X. diebus Lunæ, Martis & Mercurii *Præsentiones & Controversias illustres*, adjectis olim omiſſis, exhibebit, diebus vero Jovis, Veneris & Saturni eadem hora, ex STRYVIC *Periodum X. historie Imperialis* illustrabit. Hora XI. ex STRYVIC, vel Mafcovio *Jus publicum Germanicum* docebit, comite & historia & veritate. Hora II. pomerid. ex BVDDEO *Politice* principia diebus Lunæ, Martis & Mercurii docebit; eadem vero hora diebus Jovis & Veneris ex WEBERO artem *heraldicam* tradet. Hora III. *Historiam pragmatico-Politicam* omnium Rerum publicarum, quæ fiere & adhuc florent, enucleabit, de ipſo vero harum meditationum *Compendio* cum Dominis Auditoribus ſuis conveniet. Hora IV. ex PVBENDORFII *Introductione Historiarum antiquarum* juxta ac *mediam & noviffimam* totius mundi exhibebit. Hora V. ex LVDOVICI *Introductione* diebus Lunæ, Martis & Mercurii *Jus militare*, juncta politia militari, & *Juri maritimo-nautico* explicabit; diebus vero Jovis, Veneris, hac hora ex *Sinceri Introductione oeconomicam politicam* docebit. Hora I. denique diebus Mercurii & Saturni *Relationes hebdomales*, politice, historie illustrabit. Initium harum curarum fiet d. 20. Octobr. abſolutis ſc. Nundinis Lipſienſibus:

D. JOH. TOBIAS CARRACH, Jur. P. P. præleget *privatim* 1) *Institutiones IUSTINIANI* hor. XI. exponendo *differentias Juris Rom. & German. per luculentas demonstrationes*, addeque diebus Saturni *Examen*. 2) *Pandectarum LVDGVICIANAS eadem methodo* illustrabit binis per diem horis una cum initio lectionum ex tabulis publicis indicandis, 3) *publici collegii loco offert exercitium disputatorium*, quo theſes occasione *Pandectarum LVDVICI*, diebus Saturni publice diſputandæ, ſine corrobis tamen, ut exiguis ſumtus faciant diſputantes, qui rogantur, ut noſ ruina ſua dent. Reliquum tempus conſumitur lectionibus privatiffimis, quibus VIII. per diem horæ deſtinatæ ſunt.

HENR. BASS, P. P. ſinitis Nundinis Lipſ. d. 22. Oct. *privatim* prælegere incipiet 1) *Chirurgiam Pathologicam*, materiam de Tumoribus, Ulceribus complectentem hor. III. 2) *Anatomie Uſum & applicationem* ostendere in Medicina pariter ac Chirurgia hor. IV. 3) *Deſiderio etiam nonnullorum ſatisfacurus*, præleget *Obſtricandi artem* ad ductum HORNII hor. X. Publice perget in Collegio *Phyſiologico* d. Mercurii & Saturni hor. X.

JOH. FRID. CASSEBOHM, Med. D. & Prof. Anatom. continuabit publice in *Oſteologia*, die Merc. & Satur. hor. 3. pom. *privatim* demonſtrat in Theatro *Anatomico* omnes partes corporis humani, hor. 3. pom. illisque ſuppeditabit cadavera, qui in anatomia ſe exercere cupiunt. Theoriam anatomie tradet hor. 5. pom.

DANIEL STRÆHLER, Ph. & Math. P. P. præter lectiones privatiffimas, quæ Gen. Dna. ab Arenſtorff ſunt dicte, hoc ſemeftri publice h. II. pom. naturæ phænomena ſeu *Phyſicam* exponet: *privatim* vero h. III. *Metaphyſicæ* partem ſpecialem, hoc eſt, doctrinam de Deo, Mundo, animabus, humana & brutorum, ut & de ſpiribus reliquis tradet; & h. IV. in curſu *Mathematico* continuaturus, *Geometriam & Trigonometriam* explicabit.

JO. HENR. CALLENBERG, dento ad annuam ſacri codicis *Hebræici* explicationem aggredietur, atque hoc ſemeftri ſpatio publice exponet *pentateuchum & priorem ebroniorum* librum, *privatim* vero hora XI-XII. *priores libros hiſtoricos*, *Jefatæ* varietia & *poſtiorum* librum *ehroniorum*. Progredietur quoque in recentioris litteraturæ *Judaicæ* exercitationibus, ac in *æſteticis* inſtituto, quo philologie tradita chriſtiane applicantur.

D. FRID. WIDEBVRG, P. P. hora IX-X. *historiam S. R. I. (ſic Reichs-ſiſtorie)* ſide ſcriptorum ac monumentorum omnis ævi tradet, duce III. Dn. a LVDVICO in Entwurff der Reichs-ſiſtorie, juncto, ſi ita viſum fuerit auditoribus ſuis, collegio *repetitorio-examinatorio* a I. H. adjuvante memorie & judicii cauſa: ab XI-XII. collegium aperiet in B. THOMASII *cautelæ circa præcognita Juris prudentie*: a III-IV. *historiam litterariam* proponet methodo ſingulari, eamque ex realibus diſciplinis inſtruet. Dux erit B. GYNDLINGIUS in poſitionibus vulgaris Germanicæ *Rengierung* ſancti: a IV-V. *Politicam* ſive *civilem prudentiam* præceptis exemplique illustrabit docebit ad ductum BVDDEI P. III. *Philosophiæ Præcticæ*: a V-VI. collegium offert *ſibi elegantioris* in HEINECCI fundamenta, idque *theoretico-præcticum* ſive *elaboratorium*, non deſuturus iſi, qui *privatiſſimas ſibi inſtitutiones* expoſcent. Initium harum lectionum faciet *ſinitis nundinis Lipſienſibus*.

D. JOANN. ERN. PHILIPPI, Eloq. Germ. P. P. præleget *privatim* hoc ſemeftri Hor. VIII-IX. *Philosophiam præcticam*, præeunte B. GYNDLINGIO; Hor. IX-X. III. WERNHERII *Principia Juris eccleſiaſtici* Proteſtantium, collatis ubique principiis *Juris Canonici*; Hor. X-XI. & II-III. *Pandectarum* in Gener. IVLI BERNHARDI de ROHR *Introductionem ad Juris prudentiam privatam Romano-germanicam*; Hor. XI-XII. Perill. COECCI *Juris publici romano-germanici* prudentiam; Hor. III-IV. Collegium *Theoretico-præcticum* in omnia genera Proceſſus; Hor. IV-V. Collegium *Logicum Ecceſticum* & a triciſ communibus alieniſſimum. Qui in *alta eruditionis parte*, præſertim *Oratoria* vel *Poeſi germanicæ* manuſductionem deſiderat, me *privatos inter pariter* adeat quaſo.

THEOD. CHRISTOPH. VRŠINVS, P. P. publice Curſum philoſophicum in S. R. WALCHII *Einleitung in die Philoſophie*, ſuperiore ſemeftri ceptum, ſedulo continuabit; *privatim* vero philoſophiam primam ad ductum Celeb. SVREBII, philoſophiam autem rationalem & moralem præeunte *Illuſtri HEINECCIO*, ea, qua decet, & perſpicuitate & ſoliditate tradet.




PICAV

HCA









Kenn 86 45

CATALOGVS  
 LECTIONVM HYEMALIVM  
 PRO-RECTORE  
 IVSTO HENNINGIO  
 BÖHMERO ICTO  
 POTENTISSIMO PORVSSORVM REGI  
 A CONSILII INTIMIS FRIDERICIANÆ DIRECTORE  
 ORDINIS IVRISCONSVLTORVM PRÆSIDE VICARIO  
 PROFESSORE IVRIVM ORDINARIO  
 P V B L I C A T V S  
 IN  
 ACADEMIA FRIDERICIANA

ANNO AER. CHRIST. M DCC XXXII,  
 EXEVNTE SEPTEMBRI

HALÆ MAGI  
 Typis IO. CHRISTIANI

